



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pholis. Parto furens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ex Plin. Ea-
dem Plin.
lib. 9. c. 15.

vocant. Ea autem ubi hamo deprehensa fuerit, quam longissime potest sese exporrigens, hami lineam abrodit, quo devorato, interiora sua foras evomit, donec hamum ejiciat, dein recipit intro, ac valet ea qua prius salubritate.

DE PHOLL

PARTO FRUENS. CAP. XXI.

Hominem iis quæ sudore proprio comparat fruentem indicaturi, Pholim piscem pingebant. Ea enim mucorem quem ipsa emittit ad altam crassitiem sibi obducit, ut tota visco delibata videatur: ita ut in eo quasi cubili conqueſcat, unde illi nomen: *Φολέειν* enim nidificare est. Videndum verò, an hæc sit Aufoniana Tinca ita passim hodie nuncupata, quam natura ipsa videtur in vulgi pauperisque plebeculæ solatium protulisse.

DE SQUATINA.

FABER LIGNARIUS. CAP. XXII.

Serra ex
Squatina.

ET Squatina meruit inter huiusmodi significata recenseri, per quam fabrum lignarium intelligi volebant. Est enim piscis tam aspera, scabræque ac validæ cutis, ut ebur ea, neque non signa quantumlibet dura, poliantur. Nam ex mari fabriles quoque usus veniunt, ut omittamus fabrilis instrumenta omnia in huius piscis capite deprehensa. Quin & ferram conficere didicimus ex huius piscis osse ita crebro mucronato, qualis longa annorum serie suspensa fuit tholo ante DD. Petri & Pauli conditorium, priusquam à Julio II. illa venerandæ antiquitatis monumenta solo æquarentur, jactis mox tam ingentis machinæ fundamentis, quam neque *Natiatorum*, nec qui nascuntur ab *ipsis*, ullo unquam tempore conspexuri sunt.

DE CLUPEA.

LUNARE CORPUS. CAP. XXIII.

IN Arari Galliæ fluvio piscis est, quem vocant Clupeam, Veneti Chieppam, Romani Lacciam. Sed quantum Romæ carnis & mollitudine & bonitate præstat, tantum apud Venetos vilius, plebeiusque habetur: ut qui in ejusmodi stagnis minime pinguescat, spinarum vero multitudine atque densitate fastidio sit. Sed utcumque apud nos sit, in eo Galliæ fluvio ita Lunæ naturam imitatur, ut ea crescente candescat decreſcente vero nigrescat. Accidit vero ei, ut cum corpus nimium auctum fuerit, spine quoque, quæ per universam carnem continuatis quibusdam ordinibus porriguntur, & ipsæ quoque adcreſcant, adeoque extendantur, ut animal id interimant, quod in mirabilibus Italicis tradit Heliodorus. Qui quidam piscis si Ægyptiis innotuisset, nimirum Lunæ eum hieroglyphicum posuissent. Ajunt etiam in ejus capite lapidem grano falis similem, qui faciat ad quartanas.

DE APUA. CAP. XXIV.

Plin. l. 31. c. 2.
Pluata.

Est pisciculorum gens quod ex sola pluvia procreatur, Apuam Latini vocant, aspiratione Græci vocabuli repudiata: *αψύλλω* enim illi *αψύλλω* eam dicunt. Ligustica Tyrrhænaque omnis ora, cum plurimum, p, literam in ch, vertat, vulgo Anchuam vocitat, n, etiam litera ad incitatioem primæ syllabæ sonum adjecta. Sunt qui has in haecularum genere connumerent.

FESTINANTIA. CAP. XXV.

Aphya si-
dit ignem,
l. 2. Hippo.

Erat is pisciculus festinantia signum; nam ubi vel minimum concaluerit, coctus est, unde adagium, *Ad ignem Apud*, cum quid celerrime factum, vel ipso temporis momento significamus, de quo in Augusto apud Tranquillum, Et proverbio dictum *αἰθερὸς πύρρον ἄψύλλον*, quasi satis sit ad ejus cocturam spectante